

in uerbis imperij: in omib; diebus  
suis non erudietur. Duo genera a-  
bundant in peccatis: et tertiū ad-  
ducit nam et pditionē. Anima ca-  
lida quasi ignis ardens non extin-  
guetur donec aliquid glutiat:  
et homo nequā in ore carnis sue  
non desinet. donec incendat ignē.

Homini fornicatio: omnis panis  
dulcis. Non tangabitur transgre-  
diens usq; ad finem.

xxvii

**O**mnis homo qui transgreditur  
lectum suum. contēpnens animā  
suam. et dicens quis me uidet. te-  
nebre circundant me. et parie-  
tes cōopiunt me: et nemo circū-  
spicit me quē uertar. delictorū  
meorū non memorabitur. altissi-  
mus. et non intelligit qm̄ om̄ia  
uidet oculus illius. qm̄ expellit  
ā se timorem dei. huiusmodi ho-  
minis timor. et oculi hominum  
timentes illum. et non cognouit  
qm̄ oculi dñi multo plus lucido-  
res sunt sup solem. circumspici-  
entes omnes uias hominū. et pro-  
fundum abyssi. et hominū cor-  
da inuidentes in absconditas par-  
tes. dño enī deo antequā crearen-  
tur omnia sunt agnita. sic et  
post pfectum respicit omnia.  
hic in plateis ciuitatis iudicabi-  
tur. quasi pullus equinus fuga-  
bitur. et ubi non spabit apprehē-  
detur. et erit dedecus om̄ib; eo  
qd̄ intellexerit timorē dñi. Sic  
et mulier omnis relinquens uirū  
suum. et statuens hereditatem

ex alieno matrimonio. primo enī  
in lege altissimi incredibilis fuit.  
et scō uirum suum derelinquit.  
tertio in adulterio fornicata est.  
et ex alio uiro filios statuit sibi.  
hec in ecclia adducetur. et in fili-  
os eius respicietur. Non tradent  
filij eius radices: et rami eius non  
dabunt fructum. Derelinquent  
in maledictū memoriā illius: et  
dedecus illius non delebit. Et ag-  
noscent qui derelicti sunt. qm̄  
nichil melius quā timor dei. et ni-  
chil dulcius quā respicere in mā-  
datis dñi. Gloria magna est seq̄  
dñm. Longitudo enim dierum:  
assumetur ab eo. *Sapientie laus.*

**S**apientia laudabit animā  
suam. et in dño deo honorabit.  
et in medio popli sui gloriabit.  
et in ecclis altissimi aperet os su-  
um. et in conspectu uirtutis illi-  
us gloriabitur. et in medio popli  
exaltabitur. et in plenitudine  
scā ammirabitur. et in multitu-  
dine electorū habebit laudem.  
et inter benedictos benedicetur:  
dicens. Ego ex ore altissimi pdiui:  
primogenita ante omnē creatu-  
ram. Ego feci in celis ut oriretur  
lumen indeficiens: et sicut nebu-  
la texi omnē terram. Ego in al-  
tis habitavi: et thronus meus  
in columpna nubis. Gyrū celi  
circuii sola. et in pfundū abyssi  
penetraui. et ī fluctib; maris  
ambulavi. et in omni terra ste-  
ti. et in omni populo. et in omni

xxviii. f.  
Lxxviii.

gente primatum habui. et omni-  
um excellentium et humilium corda  
uirtute calcaui: et in his omnibus  
requiem quesiui. et in heredita-  
te eius morabor. Tunc precepit  
et dixit michi creator omnium:  
et qui creauit me requieuit in  
tabernaculo meo: et dixit michi.  
In iacob in habita et in isrl' here-  
ditare: et in electis mitte radices.  
Ab initio et ante secula creata sunt  
et usque ad futurum seculum non desi-  
nam: et in habitatione sancta coram  
ipso ministraui. Et sic in syon  
firmata sum. et in ciuitate sanctifica-  
ta similiter requieui: et in ierusalem  
potestas mea. Et radicaui in po-  
pulo honorificato: et in parte dei  
mei hereditas illius. et in plenitu-  
dine sanctorum detentio mea. Quasi  
cedrus exaltata sum in libano: et  
quasi cypressus in monte syon.  
Et quasi palma exaltata sum in  
cades: et quasi plantatio rose in  
iberico. Quasi oliua speciosa in  
campis: et quasi platanus iuxta  
aquam exaltata sum. In plateis  
sicut cinnamomum et balsamum  
aromatizans: odorem dedi. Qua-  
si mirra electa: et quasi mirra e-  
lecta dedi suauitatem odoris. Et  
quasi torax. et galbanus. et un-  
gula. et gutta. et quasi libanus  
non incisus uaporauit habitatione  
mea: et quasi balsamum non  
mixtum odor meus. Ego quasi te-  
rebintus extendi ramos meos: et  
rami mei honoris et gratie. Ego

quasi uitis fructificaui suauitatem  
odoris: et flores mei fructus hono-  
ris et honestatis. Ego mater pulchre  
dilectionis et amoris et agnitionis:  
et sancte spei. In me gratia omnis uite.  
et ueritatis: in me omnis spes uite  
et uirtutis. Transite ad me omnes  
qui concupiscitis me: et a genera-  
tionibus meis implemini. Spiritus enim  
meus super mel dulcis. et hereditas  
mea super mel et fauam. Memoria  
mea: in generatione sanctorum. Qui  
edunt me adhuc esurient: et qui  
bibunt me adhuc sitient. Qui au-  
dit me non confundetur: et qui  
operantur in me non peccabunt.  
Qui elucidant me: uitam eternam  
habebunt. Hec omnia liber uite  
et testamentum altissimi et agni-  
tio ueritatis. Legem mandauit  
moyses in preceptis iusticiarum:  
et hereditatem domui iacob. et isrl'  
promissionis. Posuit dauid puero  
suo excitare regem ex ipso fortis-  
simum: in throno honoris sedentem  
in sempiternum. Qui implet quasi  
phison sapientiam. et sicut tygris  
in diebus nouorum. Qui adimplet  
quasi euphrates sensum: qui mul-  
tiplicat quasi iordanis in tempo-  
re messis. Qui mittit disciplinam  
sicut lucem: et assistens quasi  
geon in die uindemie. Qui profi-  
cit primus scire ipsam: et infir-  
mior non inuestigabit eam. Ama-  
ri enim abundabit cogitatio eius:  
et consilium illius in abyssis ma-  
gna. Ego sapientia effudi flumi-

na: ego quasi trames aque in men-  
 se de fluuio. Ego quasi fluuius dorix:  
 et sicut aque ductus exiui de para-  
 diso dei. Dixi rigabo ortum meum  
 plantationum: et in ebriabo partem  
 mei fructum. Et ecce factus est in  
 trames abundans. et fluuius meus  
 propinquauit ad mare: quoniam do-  
 ctrinam quasi ante lucanum illumi-  
 no omnibus: et enarrabo illam usque  
 in longinquum. Peritabo inferi-  
 ores partes terre: et inspiciam omnes  
 dormientes. et illuminabo omnes  
 sperantes in domino. Adhuc doctrinam  
 quasi prophetiam effundam et relin-  
 quam illam querentibus: sapientiam:  
 et non desinet progenies illorum usque  
 in euum scilicet. Videte quoniam non solum  
 michi laboraui: sed et omnibus exi-  
 rentibus: ueritatem. xxv. c.

Lxx.

**H**erib; placitum est spiritui meo: quod  
 sunt probata coram deo et homini-  
 bus. Concordia fratrum et amor pro-  
 ximorum: et uir et mulier sibi con-  
 sentientes. Tres species odit animam  
 meam: et ad grauior ualde  
 anime illorum. pauperem superbum.  
 et diuitem mendacem: et senem  
 fatuum et insensatum. In iuuen-  
 tute tua non congregasti. et quo-  
 modo inuenies in senectute tua.  
 Quam speciosum canicie iudicium:  
 et presbiteris cognoscere consilium.  
 Quam speciosa ueterani sapientia:  
 et gloriosus intellectus. et consili-  
 um. Corona senum multa pericia:  
 et gloria illorum timor dei. Nouem  
 in suspicabilia cordis magnifica

ui: et decimum dicam in lingua ho-  
 minibus; Homo qui iocundatur in  
 filiis: uiuens et uidentis subuersio-  
 nem inimicorum. Beatus qui habi-  
 tat cum muliere sensata. et qui  
 lingua sua non est lapsus. et qui  
 seruiuit indignisse. Beatus qui  
 inuenit amicum uerum: et qui enar-  
 rat iusticiam auri audienti. Quam  
 magnus qui inuenit sapientiam  
 et scientiam: sed non est super tamen  
 deum. Timor domini super omnia  
 super posuit. Beatus cui donatum  
 est: habere timorem dei. Qui tenet  
 illum cui assimilabitur: Timor  
 dei. initium dilectionis eius: fidei  
 autem initium. ad glutinandum  
 est ei. De nequitia mulieris.



**O**mnis plaga tristitia cordis est:  
 et omnis malicia nequitia mulie-  
 ris. Et omnem plagam et non pla-  
 gam uidebit cordis. et omnem ne-  
 quitiam. et non nequitiam mulie-  
 ris. et omnem obductum et non  
 obductum odientium: et omnem  
 uindictam et non uindictam inimi-  
 corum. Non est caput nequius super  
 caput colubri: et non est ira super  
 iram mulieris. Commorari leoni  
 et draconi placebit: quam habitare  
 cum muliere nequam. Nequitia  
 mulieris immutat faciem eius:  
 et obcecavit uultum suum tanquam  
 uersus. et quasi saccum ostendit in  
 medio proximorum eius: et audient  
 suspirabit modicum. Breuis omnis  
 malicia super maliciam mulieris.  
 Sors peccatorum: cadat super illam.

Lxx.

Ascensus harenosus in pedibus; ue-  
 teram: sic mulier lingata homi-  
 ni quieto. Ne respicias in mulie-  
 ris speciem: et non concupiscas  
 mulierem in specie. Mulieris ira:  
 et in reuerentia et confusio ma-  
 gna. Mulier si primatum habeat:  
 contraria est uiro suo. Cor humi-  
 le et facies tristis et plaga mortis:  
 mulier nequa. Manus debiles et  
 genua dissoluta: mulier que non  
 beatificat uirum suum. A muliere  
 initium factum est peccati: et per  
 illam omnes morimur. Non des-  
 aque tue exitum non modicum:  
 nec mulieri nequa uenam per deum  
 di. Si non ambulauerit ad manu-  
 tuam: confundet te in conspe-  
 ctu inimicorum. A carnibus; tuis ab-  
 scide illam: ne super te abutatur.

*Lxxi.*

**M**ulieris bone: beatus <sup>xxvii.</sup>  
 uir. Numerus enim annorum illorum  
 duplex. Mulier foris oblectat  
 uirum suum: et annos uite illi-  
 us in pace implebit. Pars bona:  
 mulier bona. In parte bona ti-  
 mentum deum: dabitur uiro  
 pro factis bonis. Diuitis autem  
 et pauperis cor bonum: in omni tem-  
 pore uultus illorum hilaris. A-  
 tribus timuit cor meum: et in qu-  
 to facies mea metuit. De latuita  
 ciuitatis. et collecti populi: et ca-  
 lumnia mendax. super mortem  
 omnia graua. Dolor cordis  
 et luctus: mulier zelotipa. In  
 muliere zelotipa: flagellum lin-  
 gue omnibus; communicans. Sicut

bouum iugum quod mouetur: ita  
 et mulier nequa. Qui tenet illam:  
 quasi qui apprehendat scorpio-  
 nem. Mulier ebriosa ita magna  
 et contumelia: et turpitudine  
 illius non conteget. Fornicatio  
 mulieris: in extollentia oculorum.  
 et in palpebris illius agnoscetur.  
 In filia non auertente se firma  
 custodiam: ne inuenta occasio-  
 ne utatur se. Ab omni in reueren-  
 tia oculis caue: et ne mireris si  
 te neglexeris. Sicut uiator sitiens  
 ad fontem os aperiet. et ab omni a-  
 qua proxima bibet. et contra om-  
 nem palum sedebit: et contra  
 omnem sagittam aperiet pharetram.  
 donec deficiat. Gratia mulieris  
 sedule delectabit uirum suum:  
 et ossa illius impinguabit. Disci-  
 plina illius: datum dei. Mulier  
 sensata et tacita: non est immu-  
 tatio erudite anime. Gratia super  
 gratiam: mulier sancta et pudorata.  
 Omnis autem ponderatio: non  
 est digna continentis anime.  
 Sicut sol oriens mundo in altis-  
 simis dei: sic mulieris bone spe-  
 cies in ornamentum domus eius.  
 Lucerna splendens super cande-  
 labrum sanctum: et species faciei super  
 etatem stabilem. Columnę au-  
 reę super bases argenteas: et pe-  
 des firmi super plantas stabiles mu-  
 lieris. Fundamenta eterna super  
 petram solidam: et mandata dei  
 in corde mulieris sanctę. In duobus;  
 contristatum est cor meum: et

in tercio iracundia michi aduenit.  
 Vir bellator deficiens per inopiã.  
 et uir sensatus contemptus. et q̄  
 transgreditur a iusticia ad pecca-  
 tum. Deus parauit eum ad rum-  
 pheam. Due species difficiles et  
 periculose michi apparuerunt.

Difficile exiit negotians. a ne-  
 gligencia: et non iustificabitur  
 caupo a peccatis labioꝝ. xxvii

*lxxxii*

**P**ropter in opiam multa deliquere-  
 runt: et qui querit locupletari.  
 auertit oculum suum. Sicut si  
 in medio conpanis lapidũ palus  
 figatur: sic et inter medium uen-  
 ditionis et emptionis angustiabi-  
 tur peccatis. Conteretur cum de-  
 linquente delictum. Si non in ti-  
 more dñi tenueris te instanter:  
 cito subuertetur domus tua. Si-  
 cut in p̄tura cribri remanebit  
 puluis: sic aporia hominis in co-  
 gitatu illius. Vasa figuli p̄bat for-  
 nax: et homines iustos temptatio  
 tribulationis. Sicut rusticatio de  
 ligno ostendit fructum illius: sic  
 uerbum ex cogitatu cordis homi-  
 nis. Ante sermonẽ non laudes  
 uirum. Hec enĩ temptatio est ho-  
 minis. Si sequeris iusticiã appre-  
 hendes illam: et indues quasi po-  
 derem honoris: et inhabitabis  
 cum ea. et p̄teget te in sempiter-  
 num. et in die agnitionis inue-  
 nies firmamentum. Volatilia  
 ad sibi similia conueniunt: et  
 ueritas ad eos qui opantur illam  
 reuertetur. Leo uenationi infidi-

atur semp: sic peccata opantibus  
 iniquitates. Homo sc̄s: in sapien-  
 tia manet sicut sol. Nam stultus:  
 sicut luna immutatur. In medio  
 sensorũ serua uerbũ tempoꝝ:  
 in medio autẽ cogitantũ assidu-  
 us esto. Narratio peccantium  
 odiosa: et risus illoꝝ in delictis  
 peccati. Loquela multũ iurans  
 obripilationẽ capitis statuet: et  
 in reuerencia ipsius obturatio au-  
 rium. Effusio sanguinis in rixa  
 supboꝝ: et maledictio illoꝝ  
 auditus grauis.

**Q**

*lxxxiii*

ui denudat archana amici.  
 pdit fidem: et non inueniet ami-  
 cum ad animũ suum. Dilige p̄xi-  
 mum: et coniungere fide cum  
 illo. Quod si denudaueris abscon-  
 sa illius: non p̄sequeris post eum.  
 Sicut enĩ homo qui pdit amicũ  
 suum: sic qui pdit amicitia p̄xi-  
 mi sui. Et sicut qui dimittit a-  
 uem de manu sua: sic reliquisti  
 p̄ximũ tuum et non eum capi-  
 es. Non illum sequeris: qm̄ lon-  
 ge ab est. Effugit enĩ quasi ca-  
 prea de laqueo: qm̄ uulnerata  
 est anima eius. ultra eũ non po-  
 teris colligare: et maledicta est  
 concordatio. Denudatio autẽ  
 amici misteria: desp̄atio est a-  
 nime infelicis. Annuens oculo  
 fabricat iniqua: et nemo eum  
 abiet. In conspectu oculoꝝ  
 tuozũ condulcabit os suũ: et  
 sup sermones tuos ammirabit.  
 Nouissime autẽ p̄uertet os suũ:

et in uerbis tuis dabit scandalum.  
Multa audiui. et non coequaui  
ei: et dñs odiet illum. Qui in altū  
mittit lapidem sup caput eius  
cadet: et plaga dolosa dolosi di-  
uidet uulnera. Et qui foueam  
fodit in illam decidet: et qui sta-  
tuit lapidem pximo. offendet in  
eo. Qui laqueum alij ponit: peri-  
bit in illo. Facienti nequissimum  
consiliū sup ipsum deuoluetur:  
et non agnoscat unde adueniet  
illi. Illusio et imperium supbo-  
rum et uindicta: sicut leo insidi-  
abitur illi. Laqueo peribunt q̄  
oblectant̄ casu iustorū: dolor au-  
tem consumet illos. antequā mo-  
riantur. Ira et furor. utraq; exe-  
crabilia: et uir peccator contines  
erit illorum. *De remissione peccati.*

xxviii. c.  
Lxxiii.

**Q**ui uindictam uult a deo inue-  
niet uindictam: et peccata illius  
seruans seruabit. Relinq; pximo  
tuo nocenti te: et tunc deprecā-  
ti tibi peccata soluent. Homo ho-  
mini reseruat iram. et a deo q̄-  
rit medelam. In hominē simi-  
lem sibi non habet misericordiam.  
et de peccatis suis deprecatur:  
Ipse dum caro sit reseruat iram.  
et ppitacionē petit a deo: Quis  
exorabit p̄ delictis illius: Memē-  
to nouissimorū: et desine imi-  
tari. Habituudo enī et mors: im-  
minet in mandatis. Memorare  
timorē dei: et non trāscaris px-  
imo. Memorare testamenti altis-  
simi: et despice ignorantia pro-

xviii. Abstine te a lite: et minues  
peccata. Homo enī iracundus in-  
cendit licem. et uir peccator tur-  
babit amicos: et in medio pacem  
habentū immitet inimicitia.  
Scdm enī ligna filie sic ignis ar-  
descit: et scdm uirtutē hominis  
sic iracundia illius erit. et scdm  
substantiam suam exaltabit irā  
suam. Certamen festinatū incen-  
det ignē: et lis festinans effundet  
sanguinē. et lingua testificans ad-  
ducat mortē. Si sufflaueris quasi  
ignis ardebit: et si expueris sup  
illam extinguetur. utraq; ex ore  
p̄ficiuntur. *De malo lingue.*

**S**usurro et bilinguis: maledi-  
ctus. Multos enī turbabit: pacē  
habentes. Lingua tercia multos  
commouit: et disp̄sit illos a gen-  
te in gentem. Ciuitates muratas  
diuturno destruxit: et domos ma-  
gnorū effodit. Virtutes populorū  
concidit: et gentes fortes dissoluit.  
Lingua tercia mulieres uirtutes  
eiecit: et priuauit illas de labo-  
ribus suis. Qui respicit illam non  
habebit amicū in quo requiescat.  
Flagelli plaga liuorē facit: plaga  
autē lingue comminuet ossa.  
Multi ceciderunt in ore gladij:  
sed non sic quasi qui interierunt  
p̄ linguam suā. Beatus qui tectus  
est a lingua nequā: qui iracun-  
diam illius non trāsiuit. et qui  
non attraxit iugū eius. et in uin-  
culis illius non est ligatus. Iugū  
enī illius iugum ferreum est: et

Ther.

vinculum illius vinculum gr̄uū est.  
 Mors illius mors nequissima: et uul-  
 nis potius inferus quā illa. Perseue-  
 rantia illius non p̄manebit: sed ob-  
 tinebit uias iniustorū. In flamma  
 sua: non comburet iustos. Qui re-  
 linquunt d̄m incident in illam.  
 et exardebit in illis. et non extin-  
 guetur: et immittet̄ in illis qua-  
 si leo. et quasi pardus ledet eos.  
 Sepi aures tuas spiritibus. et noli au-  
 dire linguā nequā: et ori tuo fa-  
 cito ostia. et seras auribus tuis. Au-  
 rum tuū et argentū tuū conflu-  
 et uerbis tuis facito staterā. et fre-  
 nos ori tuo rectos: et attende ne  
 forte labaris in lingua. et cadas in  
 conspectu inimicorū insidiantū  
 tibi. et sit casus tuus insanabilis  
 in mortem. *De fenore. xxix. c.*

*lxxxvi.* **Q**ui facit misericordiam feneratur  
 pximo suo: et qui preualet ma-  
 nu mandata seruat. Fenerare  
 pximo tibi. in tempore necessita-  
 tis illius: et iterū redde pximo  
 in tempore suo. Confirma uer-  
 bum et fideliter age cum illo: et  
 in omni tempore inuenies quod  
 tibi necessarium est. Multi qua-  
 si inuentionē estimauerunt fe-  
 nus: et prestiterunt molestiam  
 his qui se adiuuauerunt. Donec  
 accipiant osculant̄ manus dan-  
 tis. et in p̄missionib; humiliant  
 uocem suam: et in tempore red-  
 ditionis postulabunt tempus.  
 et loquentur uerba tedij. et mur-  
 murationū. et tempus causabū-

tur. Si autē potuerint reddere:  
 auerſantur. Solidi uix reddent  
 dimidiū: et computabunt illud  
 quasi inuentionem. Sin autē frau-  
 dabunt illum pecunia sua: et  
 possidebunt illum inimicū gra-  
 tis. Et conuicia et maledicta red-  
 dent illi: et pro honore et benefi-  
 cio reddent illi contumeliā. Mul-  
 ti non causa nequitię non fenera-  
 ti sunt: sed fraudari gratis timue-  
 runt. Veruntamen sup̄ humilē  
 animo fortior esto: et pro elemosi-  
 na non trahas illum. *Dedato i pximū.*

**P**ropter mandatum assume pau-  
 perem: et p̄pter inopiam eius ne  
 dimittas eum uacuum. Perde pe-  
 cuniam p̄pter fr̄em et amicum:  
 et non abscondas illam sub lapide  
 in pdicione. Pone thesaurum  
 tuum in preceptis altissimi: et p̄de-  
 rit tibi magis quā aurum. *De misericordia.*

**C**onclude elemosinā in corde  
 paup̄is: et hec pro te exorabit. ab  
 omni malo. Elemosina uiri qua-  
 si sacculum cum ipso: et gr̄am ho-  
 minis quasi pupillam conserva-  
 bit. et postea resurget et retribu-  
 et illis retributionem unicuiq;  
 in caput illorū. Sup̄ scutū poten-  
 tis et sup̄ lanceam: aduersus mi-  
 nicū tuum pugnabit. Uir boni  
 fidem facit pximo suo: et qui p̄-  
 diderit confusionē. derelinquet  
 sibi. Gr̄am fide iustorū ne obliuis-  
 caris. dedit enī pro te animā suā.  
 Repmissionem fugit: peccator  
 et immundus. Bona repmissionis

*lxxxvii.**De misericordia.**lxxxviii.*

fibi ascribit peccator: et ingratus  
sensu derelinquet liberantem se.  
Vn̄ reprimittit de pximo suo: et  
cum pdiderit reuerentiã relin-  
quetur ab eo. Reprimissio nequissi-  
ma multos pdidit dirigentes: et  
commouit illos quasi fluctus ma-  
ris. Uiros potentes gyrans migra-  
re fecit: et uagati sunt in gentib;  
alienis. Peccator transgrediens mā-  
data dei. incidet in reprimissione  
nequã: et qui conatur multa a-  
gere. incidet in iudicium. Recu-  
pera pximum scdm uirtutē tuã:  
et attende tibi ne incidas. *De fru-*

*galitate honesta. hospitalitate.*

**H**icium uite hominis aqua et pa-  
nis: et uestimentū. et domus pre-  
gens turpitudinē. Melior est ui-  
ctus paupis sub tegmine asserū:  
quam epule splendide in pere-  
gre sine domicilio. Minimum  
pro magno placeat tibi: et im-  
properium peregrinationis nō  
audiet. Vita nequã hospitandi  
de domo in domū: et ubi hospi-  
tabatur non fiducialiter aget.  
nec apiet os. Hospitabitur et pas-  
cet et potabit ingratos: et ad hęc  
amara audiet. Transi hospes et  
orna mensam: et que in manu  
habes ciba ceteros. Exi a facie  
honoris amicorū meorū: neces-  
situdine domus mee. Hospicio:  
michi factus es frater. Graua hęc  
homini habenti sensum: correptiono  
domus. et imperium feneratoris.  
*De disciplina filiorum.*

**Q**ui diligit filium suum. assiduatur  
illi flagella: ut letetur in nouissimo.  
fuo. et non palpet pximorū ostia.  
Qui docet filium suum laudabit  
in illo: et in medio domesticorū.  
in illo gloriabitur. Qui docet filiū  
suum in zelum mittit inimicum:  
et in medio amicorū glābitur in  
illo. Mortuus est pater illius. et qua-  
si non est mortuus. Similem enim  
sibi reliquit post se. In uita sua ui-  
dit et letatus est in illo: in obitu  
suo non est contristatus. nec con-  
fusus est coram inimicis. Reliquit  
enī defensorem domus contra ini-  
micos: et amicis reddentē gratiam.  
Pro animab; filiorū colligabit uul-  
nera sua: et sup omnē uocem tur-  
babuntur uiscera eius. Equus in  
domitus euadit durus: et filius  
remissus euadet preceps. Lacta  
filium: et pauentē te faciet. Iude  
cum eo: et contristabit te. Non  
conrideas illi ne doleas: ne in no-  
uissimo obtupescant dentes tui.  
Non des illi potestatem in iuuen-  
tute: et ne despicias cogitatus illi-  
us. Curua ceruicē eius in iuuen-  
tute: et tunde latera illius dum  
infans est ne forte induret. et n̄  
cralat tibi: et erit tibi dolor ani-  
me. Doce filium tuum. et opare  
in illum: ne in turpitudinem illi-  
us offendas. *De bono sanitatis.*

**M**elior est paup sanus et fortis ui-  
ribus: quã diues imbecillis et fla-  
gellatus malitia. Salus anime in  
sanctitate iusticie melior. omni

*Thxxx.*

*Thxxx.*

*Thxxx.*



auro et argento: et corpus ualidū  
quā census immensus. Non est cen-  
sus sup census salutis corporis: et  
non est oblectatio sup cordis gaudi-  
um. Melior est mors quā uita ama-  
ra: et requies eterna quā languor  
pseuerans. Bona abscondita in ore  
clauso: quasi appositiones epularū  
circumpositę sepulchro. Quid pro-  
derit bibatio idolo: Nec enī man-  
ducat: nec odorabitur. Sic qui ef-  
fugatur a dño. et portans mercede  
des iniquitatis. uidens oculis et  
ingemiscens. sicut spado comple-  
ctans uirginē et suspirans. Tristi-  
ciam non des anime tue: et non  
affligas te met ipsum in consilio  
tuo. Iocunditas cordis. hec est ui-  
ta hominis: et thesaurus sine de-  
fectione scitatus: et exultatio uiri  
est longeuitas. Misere anime  
tue placens deo: et contine. et cō-  
grega cor tuum in scitate eius. et  
tristitiā longe expelle a te. Mul-  
tos enī occidit tristitia: et non est  
uoluntas in illa. Zelus et iracundia  
minuent dies: et ante tempus se-  
nectam adducet cogitatus. Splen-  
didum cor: bonum in epulis epu-  
le enī illius: diligenter fiunt. *xxxv*  
**I**gilia honestatis tabefacet car-  
nes: et cogitatus illius auferet som-  
num. Cogitatus presentię auer-  
tit sensum: et infirmitas grauis  
sobriam facit animam. Labora-  
uit diues in congregatione sub-  
stantię: et in requie sua replebit  
bonis suis. Laborauit paup in

51  
diminutione uictus: et in fine in-  
oblit. Qui aurum diligit n̄ iusti-  
ficabitur: et qui insequitur con-  
sumptionē replebitur ex ea. Mul-  
ti dati sunt in auri casus: et facta  
est in specie ipsius pditio illorum.  
Lignum offensionis: est aurū sacri-  
ficantiū. Ve illis qui sectant̄ illud:  
et omnis imprudens deperiet in  
illo. Beatus diues qui inuentus est  
sine macula: et qui post aurum  
non abiit. nec sperauit in pecunia et  
thesauris. Quis est hic et laudabimus  
eum? Fecit enī mirabilia in uita sua.  
Quis probatus est in illo et pfectus  
est. et erit illi gloria eterna: Qui  
potuit transgredi et non est trans-  
gressus: et facere mala et non fecit.  
deo stabilita sunt bona illius in  
dño: et elemosinas illius enarra-  
bit eccliam sanctorum. *De continentia.*

**S**upra mensam magnā sedisti:  
non apias sup illam faucē tuam  
prior. Non dicas simulata sunt:  
que sunt sup illam. Memento  
qm̄ malus oculus neqm̄ nequi-  
us oculo quid creatum est: Ideo  
ab omni facie sua: lacrimabitur  
cum uiderit. Ne extendes manū  
tuam prior: et inuidia contami-  
natus erubescas. Ne comprimaris  
in conuiuio: intellige que sunt  
proximi tui ex te ipso. Vere quasi  
homo frugi his que tibi apponun-  
tur: et non cōmanducas multū  
odio habearis. Cessa prior causa  
discipline: et noli nimis esse ne  
forte offendas. Et si in medio mul-

*lxxxv*

torum sedisti prior illis non exten-  
das manū tuam: nec prior postea  
bibere. quam sufficiens est homi-  
ni erudito unū exiguum: et in  
dormiendo non laborabis ab ipso.  
et non senties dolorem. Vigilia et  
colera. et tortura uiro in frumento:  
somnia sanitatis in homine par-  
co. Dormiet. usq; in mane: et ani-  
ma illius cum ipso delectabitur.  
Et si coatus fueris in edendo mul-  
tum. surge e medio et uome et  
refrigerabit te: et non adducet  
corpori tuo infirmitatē. Audi  
me fili et ne spnas me: et in nouis-  
simo inuenies mea uerba. In om-  
nib; opib; tuis esto uelox: et om-  
nis infirmitas non occurret tibi.  
Splendidum in panib; benedicet  
labia multorum: et testimoniū  
ueritatis illius fidele. In nequissi-  
mum in pane murmurauit ciui-  
tas: et testimonium nequitie illi-  
us uerum est. Diligentes in uino  
noli puocare. multos enī exter-  
minauit uinum. Ignis pbat fer-  
rum durum: sic uinum corda  
supborū arguet. in ebrietate po-  
tatum. Equa uita hominibus:  
uinum in sobrietate. si bibas il-  
lud moderate: eris sobrius. Que  
est uita que minuitur uino?  
Quid defraudat uitam: uos.

*lxxxiii.*

**V**inum in iocunditatē *De ebrietate*  
creatum est non in ebrietatē: ab in-  
tuo. Exultatio anime et cordis:  
uinum moderate potatum. Sa-  
nitas est et corpori et anime: so-

brius potus. Vinum multum po-  
tatum: irritationem et iram et ru-  
inas multas facit. Amaraudo ani-  
me: uinum potatum multū. Ebrri-  
etatis animositas. in prudentis  
offensio: minorans uirtutē et fa-  
ciens uulnera. In conuiuio uini  
non arguas pximum: et non despi-  
cias eum in iocunditate illius. Ver-  
ba improprietatis non dicas illi: et nō  
premas illum in repetendo. *de rectorib;*  
**R**ectorem te posuerunt: noli ex-  
tollī. Esto in illis: quasi unus ex  
ipsis. Curam illorū habe. et confi-  
dera sic. et omni cura tua explica-  
ta recumbe. ut leteris ppter illos:  
ut ornamentū gratie accipias co-  
ronam. et dignationē consequa-  
ris corrogationis. Loquere maior  
nati. docet enī te primū uerbū  
diligenti scientiam: et non impe-  
dias musicam. Vbi auditus non  
est non effundas sermonē: et in  
portune noli extollī in sapientia  
tua. Gemmula carbunculi in or-  
namento auri: et compatio mu-  
sicozū in conuiuio uini. Sicut in  
fabricatione auri signū est sma-  
ragdi: sic numerus musicorum  
in iocundo et moderato uino.  
Audi tacens: et pro reuerentia ac-  
cidet tibi bona grā. Adolescens lo-  
quere in tua causā uix. Sibi in-  
terrogatus fueris: habeat caput  
responsū tuū. In multis esto  
quasi inscius: et audi tacens si-  
mul et querens. In medio mag-  
natorū non presumas: et ubi fē

*lxxxv.*

*xxxvii.*

senes non mutuum loquaris. Ante  
 grandinem prebit coruscatio: et  
 ante uerecundiam prebit gra. et  
 preuerentia accedet tibi bona gra.  
 et hora surgendi non tetrices. Pre  
 curre autem prior in domu tuam:  
 et illic auocare. et illic lude. et age  
 conceptiones tuas. et non in delictis  
 et uerbo supbo. Sup his omnibus  
 benedicto dnm qui fecit te: et in  
 ebriante te ab omib; bonis suis. Qui  
 timet dnm excipiet doctrina eius:  
 et qui uigilauerit ad illum. inue  
 niet benedictionem. Qui querit  
 legem replebitur ab ea: et qui infi  
 diose agit. scandalizabitur in ea.  
 Qui timent dnm inuenient iudiciu  
 iustum: et iusticias quasi lumen  
 accendent. Peccator homo uitabit  
 corruptione: et scdm uoluntatem  
 suam inueniet compationem. uir  
 consilij non dispdet intelligentia.  
 Alienus et supbus non ptimefcit  
 timorem: etiam postquam fecit  
 cum eo sine consilio. et suis in se  
 ctationib; arguetur. *cu consilio oia facieda.*

*xxxvi.*

**I**bi sine consilio nichil facias:  
 et post factum non peniteberis.  
 In uia rume non eas. et non offen  
 das in lapides. nec credas te uie la  
 boriose. ne ponas anime tue scan  
 dalum: et a filiis tuis caue. et a do  
 mesticis tuis attende. In omni ope:  
 crede ex fide anime tue. Hec est  
 em conseruatio mandatoru. Qui  
 credit deo attendit mandatis: et  
 qui confidet in illo non minora  
 bitur.

**G**imenti dnm non occurrent ma  
 la: in temptatione dnm illum con  
 seruat liberabit a malis. Sapiens  
 non odit mandata et iusticias:  
 et non illidetur quasi in procella  
 nauis. Homo sensatus credit legi  
 dei: et lex illi fidelis. Qui interroga  
 tionem manifestat parabit uerbu  
 et sic deprecatus exaudietur: et  
 conseruabit disciplinam et tunc  
 respondebit. Precordia fatui quasi  
 rota carri: et quasi axis uersatilis  
 cogitatus illius. Equus emissarius  
 sicut amicus subsannator: sub  
 omni supra sedenti hinnit. Qua  
 re dies diem superat. et iterum  
 lux lucem. et annus annu. *A sole:*  
*A dnm scientia separati sunt. facta*  
*sole et preceptum custodiente: et*  
*immutauit tempora. et dies fe*  
*stos ipsoru. et in illis dies festos ce*  
*lebrauerunt ad horam. Ex ipsis*  
*exaltauit et magnificauit ds*  
*et ex ipsis posuit in numerum*  
*dierum: et homines omnes de*  
*solo et ex terra. unde creatus ada.*  
*In multitudme discipline dnm*  
*separauit eos: et immutauit*  
*uias eoru. Ex ipsis maledixit et*  
*exaltauit: et ex his sanctificauit*  
*et ad se applicauit. Ex ipsis male*  
*dixit et humiliauit: et conuer*  
*tit illos ad separationem ipsorum.*  
*Quasi lutum figuli in manu ip*  
*suis. plasmare illud et dispone*  
*re. Omnes uie eius scdm disposi*  
*tionem eius: sic homo in manu*  
*illius qui se fecit. Reddet illi se*

cundum iudiciū suum. Contra  
malum bonum est et contra mor-  
tē uitā: sic et contra unū iustū  
peccator. Et sic intueri in omnia  
opa altissimi: duo cont̄ duo. unū  
contra unū. Et ego nouissimus ui-  
gilau: et quasi qui colligit acinos  
post uindictatores. In benedicti-  
one dei et ipse sperau: et quasi  
qui uindictat repleui torcular.  
Respicite qm̄ non michi soli labo-  
raui: sed om̄ib; exquirentib; dis-  
ciplinam. Audite me magnati  
et omnes popli: et rectores ecclie  
aurib; p̄cipite. Filio et mulieri.  
fr̄i et amico. non des potestatem  
sup te inuita tua: et non dederis  
aliū possessionē tuā. ne forte peni-  
teat te et deprecetis p̄ illis. Dum  
adhuc sup es et aspiras: non im-  
mutabit te om̄is caro. Melius est  
enī ut filij tui te rogent: quā te  
respicere in manus filiorū tuorū.  
In om̄ib; opib; tuis precellens esto:  
ne dederis maculam in gl̄iam tu-  
am. In die consumationis dierū  
uite tue. et in tempore exitus tui:  
distribue hereditatē tuam. *De dic-*

*Lxxxviii.*

**C**ibaria. et uirga. *capitula seruoꝝ.*  
et onus asino: panis et discipli-  
na et opus seruo. Opatur in dis-  
ciplina: et querit requiescere.  
Laxa manus illi: et querit liber-  
tatem. Jugū et lorium curuant  
collum durū: et seruum incli-  
nant opationes assidue. Seruo  
maluolo torura et compedes.  
Mitte illum in opationē ne uacuet:

multā enim maliciā. docuit otio-  
sitas. In opa constitue eū. sic enim  
condecet illi. Quod si non obaudi-  
erit. curua illum compedibus.  
Et non amplifices sup omnē car-  
nem: uerū sine iudicio nichil fa-  
cias graue. Seruus si est tibi: fit  
tibi quasi anima tua. Quasi fra-  
trem sic cum tracta: qm̄ in sangui-  
ne anime comparasti eum. Si lese-  
ris illum iniuste: in fugā conuer-  
tetur. Et si tollens discesserit: quē  
queris et in qua uia queras illum  
nescis. *De somniis. xxxiiii. c.*

**V**ana spes et mendaciū insensa-  
to uiro: et somnia extollunt in-  
prudētē. Quasi qui apprehen-  
dit umbram et p̄sequitur uentū:  
sic et qui attendit ad uisa menda-  
cia. Scdm̄ hoc: uisio somniorū.  
Ante faciem hominis: similitudo  
alterius hominis. Ab immundo  
qd̄ mundabitur. et amendace:  
quid uerū dicetur.

**D**iuinatio erroris. et auguria.  
mendacia. et somnia. malefaci-  
entiū: uanitas est. Et sicut par-  
turientis cor tuū fantasias patiet:  
nisi ab altissimo fuerit emissio ui-  
sitatio. Ne dederis in illis cor tuū.  
Multos enī errare fecerunt som-  
nia: et exiderunt sperantes in  
illis. Sine mendatio consumabit  
uerbum: et sapientia in ore fide-  
lis complanabitur. Qui non tēp-  
tatus est quid scit. Vir in multis  
exp̄tus cogitabit multa: et qui  
multa didicit. enarrabit intel-

*Lxxxix.*

*Lxx.*

*Lxxi.*

lectum. Qui non est expertus pauca  
 recognoscit: qui autem in multis fa-  
 ctus est multiplicabit maliciam.  
 Qui temptatus non est qualia scit:  
 Et qui in planatus est abundavit  
 nequitia. Multa uidi enarrando  
 et plurimas uerborum consuetudi-  
 nes. Aliquotiens usque ad mortem  
 periclitatus sum horum causa: et  
 liberatus sum gratia dei. *De timore dñi.*

**S**piritus timentium dñm querit:  
 et in respectu illius benedicetur.  
 Spes enim illorum in saluante illos: et  
 oculi dei in diligentes se. Qui timet  
 dñm nichil trepidabit. et non pa-  
 uebit: quoniam ipse est spes eius. Timen-  
 tis dñm beata est anima eius: ad  
 quem respicit et qui est fortitudo ei.  
 Oculi dñi super timentes eum. Proce-  
 det potentie. firmamentum uirtu-  
 tis. Tegmen ardoris: et umbra-  
 culum meridiani. deprecatio of-  
 fensionis. et adiutorium casus. exal-  
 tans animam et illuminans oculos.  
 dans sanitatem et uitam. et benedicti-  
 onem. *De oblatione iniqua.*

**I**mmolans ex iniquo oblatio est  
 maculata: et non sunt bene pla-  
 cite subsannationes iniustorum.  
 Deus solus: sustentans se in uer-  
 itate et iusticie. Dona iniquo-  
 rum non probat altissimus: nec re-  
 spicit in oblationes iniquorum. nec  
 in multitudine sacrificiorum eorum  
 propiciabitur peccatis. Qui offert  
 sacrificium ex substantia pauperum:  
 quasi qui uictimat filium in con-  
 spectu patris sui. Panis egentium:

uita pauperis est. Qui defraudat illum:  
 homo sanguinis. Qui aufert in  
 sudore panem: quasi qui occidit  
 proximum suum. Qui effundit  
 sanguinem. et qui fraudem facit  
 mercenario: fratres sunt. Unus  
 edificans. et unus destruens. quod  
 prodest illis nisi labor. Unus orans  
 et unus maledicens. cuius uocem  
 exaudiet deus. Qui baptizatur a  
 mortuo et iterum tangit eum.  
 quod proficit lauatio illius. Sic ho-  
 mo qui ieiunat in peccatis suis.  
 et iterum eadem faciens. quod proficit  
 humiliando se. Orationem illi-  
 us quis exaudiet. *De disciplina castro*

**Q**ui conseruat uerbum: *diē de legis.*  
 multiplicat orationem. Sacrificium  
 salutare est attendere mandatis.  
 et discedere ab omni iniquitate.  
 et propitiationem uitare sacrificij  
 super iniusticias: et deprecatio pro  
 peccatis recedere ab iniusticia.  
 Retribuit gratiam qui offert simi-  
 laginem: et qui facit misericordiam  
 offert sacrificium. Beneplacitum  
 est domino recedere ab iniquitate.  
 Non apparebis ante conspectum  
 dei uacuis. Hec enim omnia: pro-  
 pter mandatum dei fiunt. Obla-  
 tio iusti impinguabit altare:  
 et odor suauitatis est in conspe-  
 ctu altissimi. Sacrificium iusti  
 acceptum est: et in memoriam eius  
 non obliuiscetur dominus. Bono ani-  
 mo gloriam redde deo: et non ini-  
 nuas primitias manuum tuarum.  
 In omni dato hilarem fac uultum

*Jxxi.*

*Jxxii.*

*Jxxiii.*

*Jxxv.*

tuum: et in exultatione scifica decimas tuas. Da altissimo scdm datum eius. et in bono octo ad inuentionem facto manuum tuarum. qm̄ dñs retribuens est. et septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua. n̄ enim suscipiet illa: et noli inspicere sacrificium iniustum. qm̄ dñs iudex est et non est apud illum gloria persone. Non accipiet dominus personam in paupe: et precationem lesi exaudiet. Non despiciet preces pupilli. nec uiduam: si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrimę uidue ad maxillam descendunt. et exclamatio eius sup deducentem eas: A maxilla enim ascendunt usq; ad celum: et dñs exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat dñm in oblectatione suscipietur: et precatio illius usq; ad nubes propinquabit.

*xxxiii.*

**O**ratio humiliantis  
 le nubes penetrabit. et donec propinquet non consolabitur. et n̄ discedet donec aspiciat altissimum. Et dñs non elongabit sed iudicabit iustos. et faciet iudicium. et fortissimus non habebit in illis patientiam. ut contribulet dorsum ipsorum: et gentibus reddet uindictam. donec tollat plenitudinem superborum. et sceptrum iniquorum contribulet. donec reddat hominibus scdm actus suos. et scdm opera adę. et scdm presumptionem illius. donec iudicet iudicium plebis sue. et oblectabit

iustos misericordia sua. *De precatio ad dñm.*

**S**peciosa misericordia dei. in tempore tribulationis: quasi nubes pluuie in tempore siccitatis. Misere re nri deus omnium et respice nos: et ostende nobis lucem miserationum tuarum. et immitte timorem tuum sup gentes que non exquirunt te: et cognoscant quia n̄ est d̄s nisi tu ut enarrent magnalia tua. Alleuia manum tuam super gentes alienas: ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nro magnificaberis in illis. ut cognoscant te sicut et nos agnouimus. qm̄ non est deus preter te dñe. Innoua signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorem: et effunde iram. Extolle aduersarium: et afflige inimicum. Festina tempus et memento finis: ut enarrent mirabilia tua. In ira flame deuoret qui saluat: et qui pessimant plebem tuam inueniant perditionem. Contere caput principum inimicorum: dicentium. non est alius preter nos. Congrega omnes tribus iacob: et cognoscant quia non est deus nisi tu ut enarrent magnalia tua: et hereditabis eos sicut ab initio.

**M**isere re plebi tue. sup quam inuocatum nomen tuum est: et isrl̄ que coequasti primogenito tuo. Misere re ciuitati sanctificationis tue: ierlm̄ ciuitati requie tue. Reple

*xxxv.*

*xxxvi.*

sion in enarrabilibus; uerbis tuis:  
 et gloria tua populum tuum. Da te-  
 stimonium quia ab initio creature  
 tue sunt: et suscita preces  
 quas locuti sunt in nomine tuo  
 prophete priores. Da mercedem domine  
 sustentibus te: ut prophete tui fideles  
 inueniantur: et exaudi orationes  
 seruatorum tuorum. Secundum benedicti-  
 onem aaron da populo tuo: et di-  
 rige nos in uia iusticie: et sciant  
 omnes qui inhabitant terram. Quia  
 tu es deus inspector scilicet. Om-  
 nem escam manducabit uenter:  
 et est abus cibo melior. Fauces con-  
 tingunt cibum fere: et cor insensatum  
 uerba mendacia. Cor prauum da-  
 bit tristitiam: et homo peritus  
 resistet illi. Omnem masculum exci-  
 piet mulier: et est filia melior fi-  
 lia. Species mulieris exhilarat fa-  
 ciem uiri sui: et super omnem concu-  
 piscenciam hominis superducet de-  
 siderium. si est lingua curationis  
 et mitigationis et misericordie. Non  
 est uir illi secundum filios hominum. Qui  
 possidet mulierem bonam: inchoat  
 possessionem. Adiutorium secundum illum  
 est: et columna ut requies. Vbi  
 non est sepes diripitur possessio:  
 et ubi non est mulier gemiscet  
 egens. Cui credit qui non habet  
 nidum deflectens ubicumque: obscu-  
 rauerit. quasi succinctus latro exi-  
 tiens de ciuitate in ciuitatem. xxxviii.

xxxvii. **O**mnis amicus dicit et ego ami-  
 ciam copulaui: sed est amicus  
 solo nomine amicus. Nonne tristi-

cia ierusalemque ad mortem. Sodalis autem tunc  
 ad inimiciam conuertetur. Oportet uero ne  
 summa unde tanta est cooperire arida malicia.  
 idolositate illi. Sodalis amico conuocatur  
 in oblatione: in tempore tribulationis aduersari erit.

Sodalis amico condolet causa ue-  
 tris: et contra hostem accipiet scutum.  
 Non obliuiscaris amicum tuum in ani-  
 mo tuo: et non immemor sis illius  
 in operibus tuis. Noli consiliari cum  
 socero tuo: et azelantibus te abscon-  
 de consilium. Omnis consiliarius  
 perdit consilium: sed est consiliarius  
 in semet ipso. A consiliario: serua  
 animam tuam. Prius scito que sit  
 illius necessitas. et quid ipse in ani-  
 mo suo cogitauit: ne forte mittat  
 sudem in terram. et dicat tibi bo-  
 na est uita tua. et fiet e contrario  
 uidere quid tibi eueniat. Cum singulis

Cum uiro in rebus quod tractanda sit.  
 gioso tracta de scititate. et cum in-  
 iusto de iusticia. et cum muliere xxxviii.  
 de his que emulatur. cum timido  
 de bello. cum negotiatore de tra-  
 iectione. cum emptore de uendi-  
 tione. cum uiro liuido de gratis  
 agendis. cum impio de pietate.  
 cum honesto de honestate. cum  
 opario annuali. de consummatio-  
 ne anni: cum seruo pigro de mul-  
 ta operatione. Non attendas his  
 in omni consilio.

Sed cum uiro sancto assiduus esto. xxxix.  
 quemcumque cognoueris. obserua-  
 tem timorem dei. cuius anima est  
 secundum animam tuam. Quicumque titu-  
 bauerit in tenebris non condole-

bit tibi: et cor boni consilij statu  
et tecum. Non enim est tibi aliud:  
plus illo.

*Fes.* **A**nima sci uiri enunciat aliquando uera: qua septem circū in eam spectatores sedentes in excelso. ad speculandum. Et in his omnibus; deprecare altissimū: ut dirigat in ueritate uiam tuā. Ante omnia opa uerbu uerax precedat te: et ante omnē actum. consiliū stabile. Verbum nequā immutabit cor. Quattuor partes oriuntur bonū et malum: uita et mors: et dñatrix illorū est assidua lingua. Vir peritus multos erudit: et anime sue suauis est. *Deo*

*a.* **Q**ui sophisticē loquitur *fistica rūsitalo* odibilis est: omni re defraudabit. *cuat one.* non enim data est illi a dño grā. **O**mnī enim sapientia defraudat est. Est sapiens anime sue sapiens: et fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiens implebitur benedictionibus; et uidentes illū laudabunt. Vir sapiens plebē suam erudit. et fructus sensus illius fideles sunt. Vita uiri in numero dierū: dies autē isrl in numerabiles sunt. Sapiens in poplō hereditabit honorem: et nomen illius erit uiuens in eternum. Eili in uita tua tempta animā tuā: et si fuerit nequā. non des illi potestatem. Non enim omnia omnibus; expediunt: et nō omni anime omne genus placet. **N**oli auidus esse. in omni epula

tionē: et non te effundas sup omnē escā. In multas enim escas erit infirmitas: et auiditas appropinqua bit usq; ad colera. Propter crapulam multi obierunt: qui autem

abstinens est adiciet uitam. *De* **H**onora medicū: ppter *medico.* *Fes.*

necessitatē. Et enim illum creauit altissimus. A deo est enim omnis medela: et a rege accipiet donationē. Disciplina medici exaltabit caput illius: et in conspectu magnatorū collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinā: et uir prudēs non abhorrebit illis. Nonne a ligno indulcata est aqua amara:

**A**d agnitionē hominum uirtus illorum: et dedit hominibus; scientiam altissimus honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem. et ungentarius faciet pigmenta suauitatis: et unctio nes conficiet sanitatis. et non consummabunt opa eius. Pax enim dei sup faciem terre. *De orando deo*

**T**ibi in tua *in tēpore infirmitatis.* *F. etij.* infirmitate nō despicias te ipsum: sed ora dñm et ipse curabit te.

**A**uerte a delicto et dirige manus: et ab omni delicto munda cor tuum. Da suauitatē et memoriā similagnis: et in pingua oblationē. et da locum medico. et enim illum dñs creauit. et non discedat a te: quia opa eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus eorū incurras: ipsi uero dños deprecabunt. ut diri



gat requiem eorū. et sanitatem  
propter conuersationē eorum. Qui  
delinquit in conspectu eius qui  
fecit eum: incidet in manus me-  
dici. *De exequiis mortuorum.*

**I**lli in mortuum producit lacri-  
mas: et quasi dira passus incipe  
plorare: et secundum iudicium con-  
tege corpus eius. et non despicias  
sepulturam illius. Propter dela-  
turam autē amare ser luctū illi-  
us uno die: et consolare propter  
tristitiam. et fac luctum secundum  
meritum eius. uno die uel duo-  
bus propter detractionē. A tristitia  
enim festinat mors: et cooperit uir-  
tutē. et tristitia cordis flectit cer-  
uicem. In obductione permanet  
tristitia: et in substantia inopis  
secundum cor eius. Non dederis in tri-  
sticiam cor tuum. sed repellit eā  
a te: et memento nouissimorū  
et noli obliuisci. Neque enim est con-  
uersio. Et huic nichil perderis: et  
te ipsum pessimabis. Memor esto  
iudicij mei. Sic erit enim et tuū.  
Michi heri: et tibi hodie. In reque  
mortui requiescere fac memoriā  
eius: et consolare illū. in exitu  
spūs sui. Sapientiam scribe in tē-  
pore uacuitatis: et qui immora-  
tur actu sapientiā percipiet. quā  
sapientia replebitur. Qui tenet  
aratro. et non gloriatur in iacu-  
lo. stimulo boues agit: et con-  
uersatur in opibus eorū. et narra-  
tio eius in filiis taurorū. Cor suū  
dabit aduersandos sulcos: et ui-

55  
*De singulis artibus.*  
**S**ic omnis faber et architectus qui  
noctem tanquam diem transigit.  
qui sculpsit signacula sculptilia.  
et assiduitas eius uariat picturā.  
cor suum dabit in similitudinē  
picture. et uigilia sua perficit opus.  
Sic faber ferrarius sedens iuxta in-  
cudem. et considerans opus ferri.  
uapor ignis uret carnes eius. et  
in calore fornacis concertat. uox  
mallei innouat aurē eius. et con-  
tra similitudinē uasi oculus eius.  
cor suum dabit in consummati-  
onē opum. et uigilia sua ornabit  
imperfionem. Sic figulus sedens  
ad opus suum. conuertens pedibus  
suis rotam. qui in sollicitudine  
positus est semper propter opus suum.  
et innumera est omnis operatio eius.  
in brachio suo formabit lutū. et  
ante pedes suos curuabit uirtu-  
tem suā. cor suum dabit ut con-  
summet limonē: et uigilia sua  
mundabit fornacem. Omnes hi  
in manibus suis sperauerunt: et  
unusquisque in arte sua sapiens  
est. Sine his omnibus non edifica-  
tur ciuitas: et non inhabitabit.  
nec ambulabunt. et in ecclesia  
non transibunt. Super sellam iu-  
dicis non sedebunt et testamen-  
tum iudicij non intelligunt. neque  
palam facient disciplinam et  
iudiciū. et in parabolis non in-  
ueniunt. sed creaturam cui con-  
firmabunt. et deprecatio illorum  
in operatione arti accomodantes

xxxix.

Febr.

animam suam. et conquientes  
in lege altissimi. *De sapientia.*

**S**apientiam omnium antiquorum  
exquiret sapiens: et in prophetis uacabit.  
Narrationem uirorum nominatorum conseruabit: et in uer-  
sitas parabolarum conuersabit.  
In medio magnatorum ministrabit.  
et in conspectu presidis apparebit:  
in terram alienarum gentium tran-  
siet. Bonam enim et mala in homi-  
nibus temptabit. Cor suum tradet  
ad uigilandum diluculo. ad dominum  
qui fecit illum: et in conspectu  
altissimi deprecabitur. Aperiet  
os suum in orationem: et pro delictis  
suis deprecabitur. Si enim dominus  
magnus uoluerit.

**S**piritu intelligentie replebit  
illum. Et ipse tanquam imbres  
mittet eloquia sapientie sue: et  
in oratione confitebitur domino. Et  
ipse diriget consilium eius et  
disciplinam: et in absconditis  
suis consiliabitur. Ipse palam  
faciet disciplinam doctrine sue:  
et in lege testamenti domini gloria-  
bitur. Collaudabunt multi sa-  
pientiam eius: et usque in seculum non  
delebitur. Non recedet memo-  
ria eius: et nomen eius require-  
tur a generatione in generatio-  
nem. Sapientiam eius enarrabunt  
gentes: et laudem eius pronun-  
tabit ecclesia. Si permanserit nomen  
derelinquet plusquam mille:  
et si requieuerit perdit illi. Ad  
huc consiliabor: ut enarrem.

Ut furore enim repletus sum. *Ob* Audi-  
te me diuini fructus: et quasi rosa  
plantata super riuum aquarum fru-  
ctificate. Quasi libanus: odorem  
suauitatis habete. Florete flores  
quasi libum: date odorem et fructu-  
date in gratiam. et collaudate in can-  
ticum. et benedicite dominum in operibus  
suis. Date nomini eius magnifi-  
centiam: et confitemini illi in uo-  
ce labiorum uirorum. in canticis la-  
biorum et cytharis: et sic dicetis  
in confessione opera domini uniuersa  
bona ualde. In uerbo eius stetit  
aqua sicut congeries: et in sermo-  
ne oris illius sicut exceptoria aqua-  
rum: quoniam in precepto ipsius placet  
fit: et non est minoratio in salute  
illius. Opera omnis carnis coram illo:  
et non est quicquam absconditum  
ab oculis eius. A seculo usque in seculum  
respicit: et nichil est mirabile  
in conspectu eius. Non est dicere  
quid est hoc aut quid est illud:  
omnia enim in tempore sue que-  
rentur. Benedictio illius quasi  
fluuus inundabit. et quomodo  
catachismus aridam inebriauit.  
sic ira ipsius gentes que non ex-  
sperant eum hereditabit. Quo-  
modo conuertit aquas in siccita-  
tem. et siccata est terra. et uirgines  
illius uirgines illorum directe sunt: sic  
peccatoribus; offensiones in ira eius.  
Bona bonis creata sunt ab initio:  
sic nequissimis bona et mala. *Vita*  
Hic enim necessarie *hominis substantia.*  
reuertere hominum: aqua. ignis. *Febr.*

et ferrum. Lac et panis similagi-  
 neus. et mel. et botrus uive. et ole-  
 um. et uestimentū. Hec omnia scilicet  
 in bonis: sic et impijs et peccatori-  
 bus in mala conuertentur. Sunt  
 sps qui ad uindictam creati sunt:  
 et in furore suo confirmauerunt  
 tormenta sua. In tempore confu-  
 mationis effundent uirtutē: et  
 furorem eius qui fecit illos con-  
 fundet. Ignis. grando. famel. et  
 mors: hec omnia ad uindictam  
 creata sunt. Bestiarū dentes. et  
 scorpij. et serpentes. et rumphea.  
 uindicans in exterminiu impi-  
 os: in mandatis eius epulabunt.  
 et sup terram in necessitatē pre-  
 parabuntur. et in temporib; suis  
 non preterient uerbum. Propte-  
 rea ab initio confirmatus sum et  
 consiliatus sum: et cogitavi et  
 scripta dimisi. omnia opa bona:  
 et omne opus ora sua submini-  
 strabit. Non est dicere: hoc est  
 illo nequius est. Omnia enī in  
 tempore suo compbabit. et  
 nunc in omni corde et ore collau-  
 da te: et benedicite nomen dñi.

*Scix.*

**O**ccupatio magna creata .xl.c  
 est omib; hominib; et iugū gra-  
 ue sup filios adam. a die exitus  
 de uentre matris eorū usq; in diē  
 sepulture in matrē eorū. cogita-  
 tiones eorū. et timores cordis. ad  
 inuentio expectationis. et dies  
 finitionis residentes sup sedem  
 gloriofam. usq; ad humiliatum  
 in terra et cinere. Ab eo qui uat

iacyntho et portat coronam usq;  
 ad eum qui coopitur lino crudo.  
 furor. zelus. tumultus. fluctuatio  
 et timor mortis. iracundia pseue-  
 rans. et contentio. et in tempore  
 refectionis in cubili somnus noctis  
 immutat scientiam eius. modi-  
 cum tanquā nichil in requie. et  
 ab eo in somnis quasi in die respe-  
 ctus conturbatus est in uisu cordis  
 sui. tanquā qui euaserit in die  
 belli. in tempore salutis sue exsur-  
 rexit. et admirans ad nullū timo-  
 rem: cum omni carne ab homine  
 usq; ad pecus. et sup peccatores  
 septuplum. Ad hec mors. sanguis.  
 contentio. et rumphea. oppressio-  
 nes famis. et contritiones et fla-  
 gellis. Sup iniquos creata sunt  
 hec omnia: et ppter illos factus est  
 catadismus. Omnia enī q̄ de terra sūt  
 itra couertent: et aque oms in mare couer-  
 tent. Omne munus et iniquitas  
 delebitur. et fides in scdm stabit.  
 substance in iustorū sicut flumi-  
 us siccabunt. et sicut tonitru-  
 um magnū in pluuia psonabūt:  
 in apiendo manus suas letabit.  
 Sic preuaricatores in consumma-  
 tione tabescent. Nepotes impio-  
 rum non multiplicabunt ra-  
 mos: et radices immunde sup  
 cacumen petre sonant. Sup om-  
 nem aquam uiriditas: et ad ho-  
 ram fluminis ante omne fenū  
 euelletur. Gratia sicut parady-  
 sus in benedictionib;: et miseri-  
 cordia in scdm pmanet. Vita sibi

sufficiens oparij condulcabitur:  
 et in ea inuenies thesaurū sibi. Edi-  
 ficatio ciuitatis confirmabit no-  
 men: et sup hanc mulier imma-  
 culata computabitur. Vinū et  
 musica letificant cor: et sup utq;  
 dilectio sapientie. Gibie et psalte-  
 rum suauē faciunt melodiam:  
 et sup utraq; lingua suauis. Gra-  
 tiam et speciem desiderabit ocu-  
 lus tuus: et sup hoc uirides faci-  
 ones. Amicus et sodalis in tem-  
 pore conuenientes: et sup utrosq;  
 mulier cum uiro. Fratres in  
 adiutoriū in tempore tribulati-  
 onis. et sup eos misericordia liberabit.  
 Aurum et argentū et constru-  
 ctio pedum: et sup utrumq; con-  
 silium beneplacitū. Facultates  
 et uirtutes exaltant cor: et sup  
 hec timor dñi. Non est in timo-  
 re dñi minoratio: et non est in  
 eo querere adiutoriū. Timor  
 dñi sicut paradysus benedictio-  
 nis: et sup omnē gloriā ope-  
 ruerunt illum. *De indigentia misera.*

*Sex.* **F**ili in tempore uite tue ne in-  
 digeas. melius est enim mori  
 quam indigere. Vir inspiciens  
 in mensam alienam: non est  
 uita eius in cogitatione uictus.  
 Alit enī animam suam. cibus  
 alienus. Uir autē disciplinatus  
 et eruditus: custodit se. In ore  
 imprudens condulcabit ino-  
 pia: et in uentre eius ignis ar-  
 debit. *De memoria iudicio mortis.*

xlv

*Sept.*

**M**ors quā amara est memo-

ria tua. homini pacem habenti in  
 substantijs suis: uiro quieto et cu-  
 ius uie directe sunt in omib; et  
 adhuc ualenti accipere cibū. O mors  
 bonum est iudicium tuū homini  
 indigenti. et qui minorat̄ uirib;  
 defecto etate. et cui de omib; cura  
 est et incredibili qui pdit sapien-  
 tiam. Noli metuere iudiciū mor-  
 tis. Memento que ante te fuerunt:  
 et que sup uentura sunt tibi. Hoc  
 iudicium a dño omī carni. et qd  
 supueniet in beneplacito altissi-  
 mi. siue decem. siue centū. siue  
 mille anni: Non est enī in infer-  
 no accusatio uite. Filij abhomina-  
 tionū sunt filij peccatorū: et qui  
 conuersant̄ secus domos impiorū.  
 Filiorū peccatorū periet heredi-  
 tas: et cum semine eorū assidui-  
 tas opprobrii. De patre impio  
 querunt̄ filij: qm̄ ppter illum  
 sunt in opprobrio. Ve uobis uiri  
 impij qui dereliquistis legem dei.  
 altissimi. et si nati fueritis in ma-  
 ledictione nascemini: et si mortui  
 fueritis in maledictione erit pars  
 uĩa. Omnia que de terra sunt in  
 terram conuertentur: sic impij  
 a maledictio in pditionē. Luctus  
 hominum in corpore ipsorum:  
 nomen autē impiorum delebit̄.  
 Curam habe: de bono nomine.  
 Hoc enī magis pmanebit tibi: qm̄  
 mille thesauri magni preciosi.  
 Bonę uite numerus dierū: bonū  
 autem nomen pmanebit in eū.  
 Disciplinam in pace conseruate

filij. Sapiencia enim abscondita. et thesaurum inuisum. que utilitas in utrisque. *Melior est homo qui abscondit stulticiam suam: quam homo qui abscondit sapientiam suam. Veruntamen reuertimini in his que procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem irreuerentiam obseruare: et non omnia omnibus beneplacent in fide.* *Ab omnibus uicibus declinandum.*

*f. cxii.* **R**ubescite a matre et a patre de fornicatione: et a presidente et a potente de mendacio. a principe et a iudice de delicto. a synagoga et plebe de iniquitate. a socio et amico de iniusticia. de loco in quo habitas de furto. de ueritate dei et testamento. de discubitu in panibus. et ab offuscatione dati et accepti. a saluantibus; de silentio. a respectu. a respectu mulieris fornicarie. et ab auersione uultus cognati. *Ne auertas faciem a proximo tuo. et ab auferendo partem: et non restituendo. Ne respicias mulierem alieni uiri: et ne scruteris ancillam eius. neque steteris ad lectum eius. Ab amicis de sermonibus imperij: et cum dederis. ne improperes.* *xlj. r.*

*f. cxiii.* **N**on duplices sermones auditis. de reuelatione sermonis absconditi: et eris uere sine confusione. et inuenies gratiam in conspectu omnium hominum. ne per his omnibus confundaris. *Ne accipias*

personam ut delinquas de lege altissimi et testamento. et de iudicio. iustificare impium. de uerbo sociorum et uiatorum. et de datione hereditatis amicorum. de equalitate statere et ponderum. de acquisitione multorum et paucorum. de corruptione emptionis et negotiationum. et de multa disciplina filiorum. Et seruo pessimo lacus sanguinare super mulierem nequam bonum est signum. Vbi manus multe sunt claudere: et quodcumque trades. numerata et appende. Datum uero et acceptum omne describe.

**E**t de senioribus; *De disciplina i senatui. f. cxiiii. fatiij.* qui iudicantur ab adolescentibus: et eris eruditus in omnibus; et probabilis in conspectu omnium uirorum. *Filia patris abscondita est: uigilia et sollicitudo eius auferet sonnum: ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur. et commorata cum uiro odibilis fiat. nequando polluat in uirginitate sua. et in paternis suis grauida inueniatur. ne forte cum uiro commorata transgrediatur. aut certe sterilibus efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne forte faciat te in opprobrium uenire inimicis. a detractione in ciuitate. et abiectio plebis: et confundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in specie: et in medio mulierum noli commorari. De uestimentis enim procedit tinea: et a muliere in*

quitas uiri. Melior est iniquitas  
uiri. quā benefaciens mulier:  
et mulier confundens in obpro-  
brium. Memor ero igitur ope-  
rum dñi: et que uidi annun-  
tatio. In sermonib; dñi opa eius.  
Sol illuminans p omnia respe-  
xit: et gloria dñi plenū est. op-  
eius.

*Text.*

**N**onne dñs fecit scōs enarrare  
omnia mirabilia sua. que con-  
firmabit dñs omnipotens sta-  
biliri in gloria sua: Abyssum  
et cor hominū inuestigabit: et  
in astucia illorū excogitabit.  
Cognouit enī dñs omnē scien-  
tiam: et inspexit in signū eius:  
annunciāns que preterierunt  
et que supuentura reuelāns ue-  
stigia occultorum. Non prece-  
rit illum omnes cogitatus: et  
non abscondit se ab eo ullus ser-  
mo. Magnalia sapientiē suę  
decorauit que est ante seculū  
et usq; in sc̄m: neq; adiectum  
est neq; minuit. et non eget ali-  
cuius consilio. Quam desidera-  
bilis opa eius. Et tanquā scin-  
tilla quā est considerare omnia  
hęc uiuunt et manent in sc̄m:  
et in omni necessitate omnia  
obediunt ei. Omnia duplicia  
unum contra unū: et non fecit  
quicquā de esse. Vnius cuiusq;  
confirmabit bona. et quis scia-  
bitur uidens gl̄iam eius: *laus creaturę.*

*xliv. c.*

*Text.*

**A**ltitudinis firmamentū pul-  
chritudo eius. species celi in uisi-

one glorię. sol in aspectu annunti-  
ans exitū. uas admirabile opus ex-  
celsi. in meridiano exurit terram.  
et in conspectu ardoris eius quis  
poterit sustinere: Fornacē custo-  
diens in opib; ardoris: tripliciter  
sol exurans montes. radios igneos  
ex sufflans. et refulgens: radijs suis  
obcecat oculos. Magnus dñs qui fecit  
illum: et in sermonib; eius festina-  
uit iter. Luna in omnib; in tempo-  
re suo. ostensio temporis et signum  
eius. aluna signum diei festi. lumi-  
nare quod minuitur in consum-  
matione: mensis sc̄m nomen ei  
est crescens admirabiliter in consu-  
matione. uas castrorū in excelsis:  
in firmamento celi resplendens.  
Gloriosa species celi. gloria stella-  
rum mundū illuminas: in excel-  
sis dñs. In uerbis sc̄is stabunt ad-  
iudiciū: et non deficient in uigi-  
lijs suis. Uide arcū: et benedic  
qui fecit illum. Valde speciosus  
est in splendore suo. Girauit celū  
in circuitu gl̄ię suę: manus excel-  
si aperuerunt illum. Imperio  
suo accelerauit inueni: et accele-  
rat choruscationes emittere iu-  
dicij sui. Propterea apertae sunt the-  
sauri: et euolauerunt nebulę  
sicut aues. In magnitudine sua  
posuit nubes: et contracti sunt  
lapides grandinis. In conspectu  
eius commouebunt montes: et  
in uoluntate eius adspirabit no-  
thus. Vox tonitru eius uerba-  
uit terram: tempestas aquilonis

et congregatio sps. Et sicut avis deponens ad sedendum aspgit niue: et sicut locusta demergens. descensus eius. Pulchritudinem coloris eius admirabitur oculus: et super umbrem eius expavescet cor. Gedu sicut saltem effundet super terram: et dum gelauerit fiet tanquam cacumina tribuli. Frigidus uentus aquilo flauit: et gelauit cristallus ab aqua. Sup omnem congregacionem aquarum requiescit: et sicut lorica induit se aquis. Et deuorabit montes et exuret desertum: et extinguet uiride sicut ignem. Medicina omnium: in festinatione nebulae. Ros obuians ab ardore ueniens: humilem efficit eum. In sermone eius siluit uentus: cogitatione sue placabit abyssum. et plantauit illum dominus in his. Qui nauigat mare enarrat pericula eius: et audientes auribus non admirabimur. Illic preclara et mirabilia opa. uaria genera bestiarum. et omnium peccorum: et creatura beharum. Propter ipsum consummatus est teneris finis: et in sermone eius composita sunt omnia. Multa dicemus: et deficiemus uerbis. Consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Gloriantes ad quid ualebimus: Ipse enim omnipotens super omnia opa sua: terribilis dominus. et magnus uehementer: et mirabilis potentia ipsius. Glorificantes dominum. quantumcumque potueritis super ualebit adhuc: et admirabilis magnificet

et congregatio sps. Et sicut avis deponens ad sedendum aspgit niue: et sicut locusta demergens. descensus eius. Pulchritudinem coloris eius admirabitur oculus: et super umbrem eius expavescet cor. Gedu sicut saltem effundet super terram: et dum gelauerit fiet tanquam cacumina tribuli. Frigidus uentus aquilo flauit: et gelauit cristallus ab aqua. Sup omnem congregacionem aquarum requiescit: et sicut lorica induit se aquis. Et deuorabit montes et exuret desertum: et extinguet uiride sicut ignem. Medicina omnium: in festinatione nebulae. Ros obuians ab ardore ueniens: humilem efficit eum. In sermone eius siluit uentus: cogitatione sue placabit abyssum. et plantauit illum dominus in his. Qui nauigat mare enarrat pericula eius: et audientes auribus non admirabimur. Illic preclara et mirabilia opa. uaria genera bestiarum. et omnium peccorum: et creatura beharum. Propter ipsum consummatus est teneris finis: et in sermone eius composita sunt omnia. Multa dicemus: et deficiemus uerbis. Consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Gloriantes ad quid ualebimus: Ipse enim omnipotens super omnia opa sua: terribilis dominus. et magnus uehementer: et mirabilis potentia ipsius. Glorificantes dominum. quantumcumque potueritis super ualebit adhuc: et admirabilis magnificet

et parentes nostros: in generatione sua. Multam gloriam fecit dominus magnificencia sua a seculo. Omnes in potestatibus suis hominibus. magni uirtute et prudentia sua predicti: nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum. et impantes in presenti seculo et uirtute prudentie. populis sanctissima uerba. in puericia sua requirentes modos musicos. et narrantes carmina scripturarum. homines diuites in uirtute. pulchritudinis studium habentes. pacificantes in domibus suis. omnes isti in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt: et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: et sunt quorum non est memoria. Perierunt quasi qui non fuerunt. et nati sunt quasi non nati. et filij ipsorum cum illis: sed illi uiri misericordie sunt: quorum pietates non defuerunt. et cum semine ipsorum perseuerat bona hereditas. et nepotum illorum

*Ex vii. xlvij. c.*